

teneretur respondere, etiam mediante tortura, supra quaest. 45. versiculo, sed pone; Capyc. decisione 145. Flam. Chart. in sua practica, interrogand. reorum, libro primo, cap. 2. numero 14. Item deficientibus indicijs ad formandam inquisitionem, solum procedi per viam precepti; tamen cum licentia Senatus, vt est supra quaest. 31.

vers. Item queros; contrarium, quod sola mala fama non sufficiat ad aliquem torquendum, tenuit supr. quaest. 90. versic. frequens Drog. Aliqui dicunt, quod sic. Adde etiam Boff. tit. de inquisitione. numer. 29. vbi per plura istud tenet, vide ibi, & tit. de indi. & considerat. ante torturam numero 65. & de conuerso 31 torqueri non potest homo bonae fama, etiam si extaret vnum indicium sufficiens ad torturam contra ipsum, quia propter bonam famam tale indicium extinguitur in totum per Boff. tit. de inquisit. numer. 34. & Grammat. conf. 37. numer. fin. & per Boffium similiter tit. de mandat. ad homicidium, num. quadragesimo quarto. Adde, vt per Crauer. in conf. 151. numer. vicesimo primo. Quod ad primum mihi placet Authoris opinio, quam obseruarem in praxi, maxime, vbi reus per triennium fuisse bonae conuersationis, ac fama: quoniam tunc presumitur purgatus, emendatus, atque mutatus ab illo, glof. & Ang. in §. hinc nobis in Authent. de monach. & per Roland. plenè in consil. 63. numer. vicesimo secundo, libro tertio; & plenius dixi in singul. meis, in singular. 6. & quod ex sola fama non procedatur ad torturam, nisi cum ea concurrat aliud admitticulum, tenuit fufius Auctor supra quaestione vigesima prima; vbi ait communem se semper fuisse sequutum, & ab alijs etiam iustis iudicibus vidisse obseruari, & illam credit tutiorem, & veriozem: quam tamen limita, ut per Duenn. sub regul. 301. vide illic, quoniam non transcribo. Item, quod sola, & nuda fama, absque alijs admitticulis, & indicijs non faciat indicium ad torturam, vide per Carrer. in sua practica sub numero 1. 1. G. ab.

Prout sunt isti vagabundi. Adde, quis sit uagabundus, supra quaest. 39. vers. ceterum. Drog. Sed nunquid bannitus. Adde, in hac materia Blanc. in tractat. de indic. in capit. ex facto indicia numer. 293. vbi plenè tractat, quando ex solo banno, & condemnatione quis possit torqueri sine alijs indicijs, & quomodo procedat Doctrina Bald. in l. 1. C. de hered. institut. & Foller. in loco hic citato, idest in 3. part. 3. part. in uer. & si consuebuntur, numer. 8. usque ad numer. 32. ubi ponit quatuordecim limitationes; sed aduertendum est, quod D. Clar. hic tractat de bannito & condemnato ad nouas defensiones admisso, Foller. autem in loco supra citato loquitur de contumace, & bannito nondum condemnato. Nam in Regno Neapolitano, quando reus est contumax, post certum tempus fit etiam bannitus, & postea elapso anno a die banni contra eum deuenitur

ad condemnationem, siue foriudicationem in certis casibus secundum formam constitut. poenam eorum, ut ibi late per Afflict. & Foller. in d. pract. crimin. in uerb. foriudicentur, & si post foriudicationem uenerit in fortijs Curia non admittitur ad nouas defensiones, sed sententia condemnationis siue foriudicationis executioni demandatur: si uero inquisitus antequam foriudicetur, legitime factus fuerit contumax, & bannitus, eo casu sine alijs indicijs torqueri poterit, facta tamen prius testium repetitione, ut ibi dicit Foller. & ita in dicto Regno seruatur. Baiard. Tenuit, quod sic. Farinac. q. 48. nol. 7. numero 10. Ros. Bene possit torqueri. Vulpell. resp. 113. Cartar. tract. de execut. sent. c. 1. n. 454. & seqq. Ros. Et hoc casu vtrique poterit torqueri. Adde supr. q. 44. vers. quero quado ad fin. Drog. Et hoc casu, Adde, quod idem tenet Marfil. in l. n. 2. ff. de quaest. Menoch. de arbit. quaest. 84. n. 7. Item, adde, quod bannitus, & condemnatus in Statu Ecclesiastico, si cooperuerit infra annum, non poterit torqueri, nisi sit male uitae, & fame; secundum Farinac. in q. 11. num. 77. versic. sum huius opinionis, qui tamen affirmatiue non loquitur, dicens, quod ita credit, nam terminus ad purgandam contumaciam est unius anni uigore constitutionum, sed hoc esse non potest, quia bannitus, &

306. numero 8. Hac tamen decisio videtur reddi valde dubitabilis ex ijs, quae dicit Boer. decisione 163. numero 5. & post eum Foller. in loco praallegato. Tu itaque dic, quod aut loquimur in bannito, & condemnato, qui postea fuerit captus; & de tortura huic inferenda super veritate delicti non est tractandum, sed solummodo de exequenda condemnatione, ut dixi infra quaestione nonagesima sexta, versic. quero nunquid. Bene possit torqueri super socijs, & complicibus super alijs delictis, in xta ea, quae dixi supra, versiculo, Veritas est. Aut loquimur in bannito, qui sit admittus ad nouas defensiones, prout videtur loqui Bald. in loco praallegato. Et hoc casu vtrique poterit torqueri ad veritatem delicti eruendam propter solum bannum, & condemnationem, etiam quod nulla alia contra eum subsint indicia, & ita procedit communis opinio. Et si dicas, vt cons. derant Boer. & Foller. in locis praallegatis, quod non videtur posse in facto verificari hac communis conclu-

35. condemnatus, siue bonae, siue male sit fame, comparens infra annum, si de eius innocentia non docuerit, sententia contra eum lata poterit exequi, non obstante dicta Constitutione, ut per eundem Farinac. d. quaestione. 11. numer. 100. usque ad numerum 103. si igitur contra bannitum, & condemnatum infra annum comparentem, & de sua innocentia non docentem potest deueniri ad executionem sententiae, multo magis potest deueniri ad torturam, ut hic infra tenet etiam D. Clar. licet indicia fuissent elisa, quod fit sepe, quando Iudex ex qualitate indiciorum tutam non habet conscientiam, & ita seruatur per Senatum Mediolani, ut ait Boffius in tit. de liter. Princip. & quod bannitus de aliquo delicto per contumaciam possit torqueri sine alijs indicijs, etiam stante statuto, quod possit comparere, & contumaciam purgare; tradit in terminis Marfil. in l. 1. numero 2. cum sequ. de quaest. nisi probaret plenè eius innocentiam. Et ita in Statu Ecclesiastico semper obseruari vidi, quod banniti, si infra annum comparuerint, torquentur, uel sententiae contra eos executioni demandantur, nisi de eorum innocentia plenè probauerint.

Item adde, quod similiter poterit torqueri etiam purgata contumacia per statutum, ut per Marfil. in d. leg. 1. de quaest. num. 3. & Foller. in practica crimin. in uerb. banniantur numero 54. nisi probaret, quod ex probabilibus causis fuerit absens, ut per Marfilium in loco praecitato. Et dicitur purgata contumacia in criminalibus cum purgata contumacia

cia est soluta Curia, & contumax comparuerit coram illo iudice, qui illum banniuit, vel saltem fideiussit de stando iuri, vt per Carau. in ritu 220. numme. 22. & contumax antequam audiatur, debet reficere expensas accusatori, vt per Marfil. in pract. crim. §. superest, & in l. patre numer. 17. ff. de quaest. quod etiam, vt ibi per eum, procedit in denunciante contumace. Et hoc, quod expensae sint reficiendae in criminalibus, antequam contumax audiatur, est verum, quando proceditur ad querelam: secus si ex officio, tunc non reficiuntur expensae, ita Guillem. de Bened. in uerb. mortuo testatore el. 1. numer. 169. in capit. Ray. notus de testam. & in Reg. Neapolit. si contumax uoluerit audiri, foliuntur per eum Curiae ducati tres, & duo caroleni de regno, vt per rit. 211. Baiard.

Cum inquisitio, & bannum non valeant nisi praecedentibus legitimis indicijs, & consequenter, quod super tali banno nullum potest fieri fundamentum: Respond. quod imò potest verificari in multis casibus, puta, si processus sit ad inquisitionem ex conscientia principis: nam eo casu procedit, & valet inquisitio, etiam alijs indicijs non praecedentibus, vt dixi supra quaestione sexta, versic. praeterea scias. idem etiam si processus sit ex dispensatione Senatus, vt saepe fit, & bannum non valeant. Adde, quod processus tenet etiam quod legitimis non praecedentibus indicijs processum fuerit, si non si fuerit oppositum, quia inquisitus debet comparere, & opponere processum non procedere ex defectu indiciorum, secus si fuerit oppositum, vt per Alexand. consil. 120. num. 2. volum. 7. Ruin. consil. 80. numer. 3. volum. 4. & Becc. consil. 70. in fin. Baiard.

Ad inquisitionem ex conscientia Principis. Adde quod etiam sunt alij casus, praeter hunc, in quibus proceditur indicijs non praecedentibus; supra quaest. 50. versic. item quia processum, quaestione octaua, & quaestione vigesima in principio; & hic adde, quod de iure loquendo, talia uerba Principis fidei non faciunt, etiam si referberet Princeps sibi fore notum, aliquem de tali crimine diffamatum. Aym. Crauer. tract. de antiqui. temp. parte prima, in princip. vbi ferose ac diffusè loquitur, immò à tali assertionem tanquam contra facta, & propallata, de iure etiam stante statuto, quod in causis criminalibus non detur appellatio, appellari possit, Alexand. consil. 34. volum. 6. in princip. Et opponente, seu contradicente parte; talis contradictio habet loco appellationis, quae admitti debet in tali casu, non obstante tali statuto prohibente appellationem; Ludouicus Catus egregie inter consilia criminalia diuersorum consil. 99. numer. 4. vol. 1. vide in addit. ad Alciat. tract. de presumpt. praesumpt. 8. in littera F, facit in proposito Capyc. decis. 28. numer. 10. Dixi inf. ad quaest. 94. versic. ceterum; Contrarium tamen, cum Princeps, causa cognita, ex motu suo proprio mandat sic procedi, retulit ex multorum auctoritate Menoch. tract. de arb. iudic. lib. 1. quaest. 78. numer. 4. vide quae dixi supra ad quaest. 6. versic. praeterea scias, vide supra quaest. 53. versic. sed quid si aliquis. Drog.

Vel praecipis poenalis. Adde quod tamen talia praecipia fieri debent expressa causa, vt dixi supra ad quaestione 31. quero nunc, ad med. Si ergo inquisitus, vel citatus. Adde, quod cum hic tractatur de bannito, & condemnato, qui potest torqueri sine alijs indicijs, quid de bannito tantum, idest deposito in banno, sed nondum condemnato, si compareret in termino sibi assignato a statuto, vel à iudice: nullam habet difficultatem, quod non potest torqueri: sed si compareret post terminum, ante tamen condemnationem, in hoc stat difficultas. Socin. in cap. qualiter, & quando el. 2. num. 994. de accusat. dicit, quod bannum datum ratione contumaciae reuocatur quam primum, illo citato comparente, etiam si compareret post terminum in banno assignatum usque ad pronunciationem sententiae, & quod sicut in civili annullatur primum decretum per comparitionem ante secundum decretum, ita in criminali quando cunquante ahte

sententiam comparendo bannitus annullat virtutem banni perinde, ac si nunquam fuisset bannitus, & Nell. in tract. de bannit. in 3. part. 1. temp. quaest. 8. dicit, quod comparens post bannum ante tamen sententiam, illam contumacia confessionem non introducit, quia contumacia potest purgari usque ad sententiam, & ea purgata non potest obijci confessio, quae ex illa resultat, quia cessante substantia, cessat qualitas, & quod nedum effectus contumacia tollitur per comparitionem factam ante sententiam, quinimò, quod tollitur etiam per comparitionem factam post sententiam, ad huc tamen Iudice pro tribunali sedente, & si bannitus, idest positus in banno purgata contumacia reducit in pristinum statum, perinde, ac si non fuisset bannitus, inferitur, quod nec remanet indicium sufficiens ad torturam contra

vel per inquisitionem, vel praecipis poenalis, non praecedentibus legitimis indicijs, sed solummodo suspencionibus, vel coniecturis, vt dixi supra quaestione trigesima prima, versiculo item quero. Praeterea etiam tu scias, quod multa indicia sufficiunt ad formandam inquisitionem, quae non sufficiunt ad torturam, vt dixi supra quaest. 20. versic. ad formandam. Si ergo inquisitus, vel citatus, in aliquo ex praedictis casibus permiserit se banniri, poterit deinde, si admittatur ad non

eum propter contumaciam, & hanc illationem etiam facit Foller. in practica crimin. in uerb. banniantur num. 54. & similiter Clar. super quaest. 44. versic. quero, nunc, idem dicit, quod scilicet, si reus compareret, antequam contra eum profertur sententia diffinitiva condemnationis, non tenetur probare errorem huiusmodi confessionis, sed sufficit ipsa comparitio, per quam sola purgatur contumacia, ob quam statutu inducit illam fictam confessionem: & si diceretur, quod hoc modo lapsus termini nihil operetur, quod esse non debet, l. 1. §. cum dicitur, ff. si cui pluraquam per l. falsid. Respondetur, quod operatur, vt inquisitus habeatur pro confessio, sed reuocabiliter, quia eo comparente, & negante, lapsus termini nihil operatur est, & amplius non habetur pro confessio, sed eo non comparente; & sequuta declaratione Iudicis tunc lapsus termini operatur, quod habetur pro confessio irrevocabiliter, vt pulchre tradit Cast. in consil. 3. 14. & 24. volum. 3. Nec obstat, quod Boff. in tit. de indic. numer. 133. cum sequ. in tit. de bannit. numero quarto, tenuerit contrarium, videlicet, quod reus comparens ante sententiam sine alijs indicijs, dicens, quod tradita per Socin. & Nell. in locis supra allegatis procedunt, quo ad hoc, vt inquisitus comparendo condemnari non possit; non autem, quod torqueri valeat, quia allegat Bald. in d. l. 1. Cod. de hered. institut. qui non loquitur de primo banno, quod bannum est quaedam sententia interlocutoria, quae potest reuocari, & resoluitur in vim citationis per simplicem comparitionem, secundum Bald. in l. licet contra qui propriam. Cod. de iureiur. & in leg. 1. Cod. de postul. sed loquitur de secundo banno ad poenam impositionem dato, quod non resoluitur per comparitionem, vt tenet Bald. in dict. leg. 1. numero decimotertio, Cod. de hered. institut. loquitur autem, quod post dictam sententiam bannitus possit audiri virtute alterius statuti, vel constitutionis, vt est in statu ecclesiastico, in quo per annum à die condemnationis audiri potest, vel quod sit positus ad nouas defensiones, & quod tunc bannitus siue alijs indicijs torqueri poterit: & dicta doctrina Bald. ita intelligitur per Alciat. de praesumpt. regul. 3. praesumpt. 22. in fin. & Marfil. in l. 1. numer. 2. ff. de quaest. & Brun. in tract. de indic. 5. quaest. 2. parte nume. 7. quos sequuntur Grammat. consil. crimin. 34. numer. 14. & consil. 57. numero quinto, Vulpell. in consil. 105. numero secundo, & Menoch. de arbit. iudic. quaestione 84. numer. 7. & nouissime in comment. praesumpt. lib. 2. praesumption. 74. numer. 14. post Nat. in consil. 542. numer. 7. quem ipse non allegat, & etiam hoc modo hic intelligitur per Dominum Clarum hic, dum dicit, quod bannitus, & condemnatus sine alijs indicijs torqueri potest, & allegat dict. doctrinam Baldi, per quam fuit



fuit deceptus D. Boff. credens, Baldum loqui de primo banno, ut dixit in dict. tit. de indic. non autem de secundo, de quo Bald. vere loquitur per suprascripta, & ideo Boff. male representat. h. dicitur Marfil. & Brun. loco praecitato. Est enim aduertendum, quod duo sunt banna. Primum est cum termino ad comparandum, quod resolutur per comparationem, ut dixi. Secundum vero est ad poenae impositionem, quod non extinguitur per comparationem, licet bannitus possit audiri forsam per aliud statutum vsque ad certum tempus vel ex gratia Principis, vel ex aliqua obseruantia, de qua loquitur Bald. in dict. 1.1. & hanc distinctionem tradunt addentes ad dict. consil. 3. Pauli de Cast. volum. 3. & hoc secundum bannum est sententia condemnatoria, prout declarat ipse Boff. in d. tit. de indic. numer. 134. qui Boff. allegat etiam apostillam ad Aret. in gloss. qui iudex videns, quod inquisiti non comparent col. 2. & Bald. in leg. 2. §. quid si actor, C. de iuram. calum. qui de hoc nihil dicit, & Castrenf. per eum allegatus in d. consil. 3. volum. 3. similiter nihil de hoc dicit, sed loquitur de secundo banno, idest condemnatione: an bannitus possit audiri potest condemnationem, stante statuto, & cui incumbat max habeatur pro confesso, & conuicto, & cui incumbat onus probandi Curiae, vel ipsi bannito, prout in eo est uideri, nec facit illud Boffij fundamentum, si elapso termino ad comparandum potuisset condemnari, ergo poterit torqueri, quia si comparando ante sententiam etiam post terminum, perinde est, ac si non fuisset positus in banno, sed resolutur illud bannum in vim simplicis citationis, ita necessario sequitur, quod ratione contumaciae nullum remaneat indicium, ut supra dictum est, quod non sequitur post secundum bannum, idest condemnationem, quia licet compareret, bannum illud non resolutur in vim simplicis citationis, secundum Baldum in leg. ita demum Cod. de procurat. bene valeret fundamentum, & consequentia Boffij, si post terminum dicti primi banni ad comparandum, & se defendendum positus in banno esset captus etiam ante sententiam, quia tunc, ex sola contumacia sine alijs indicijs torqueretur, bene vere sit contumax, quia non comparuit in tempore, nec postea contumaciam purgavit, quae per solam comparationem coram Iudice purgatus. Carau. in titu 220. numero vigesimo secundo, & Clar. dicta quaestione 44. versicul. quero tunc, alias sequeretur, quod ille, qui comparet, non esset melioris conditionis illo, qui non vult parere mandatis Curiae, ita contemnendo Iudicem, quod esset absurdum, quia omnis inobedientia est multabilis, tot. tit. ff. si quis iudicem. non obtemper.

44 Item adde, & quod bannitus, & condemnatus poterit torqueri sine alijs indicijs ab illo Iudice, qui eum contumacem, & bannitum fecit, secus autem ab alio Iudice, quia sententia lata per Iudicem vnius Curiae, non facit indicium in alia Curia, etiam quod ambae Curiae sint sub eodem Principe dummodo vna non sit sub alia, puta Curia minor sub maiori, nam tunc contumaciam habet vires suas, secundum Afflic. in constitut. humanitate 3. not. quem refert, & sequitur Foll. in 3. par. princ. versic. & si conuictentur numer. 26. & Farin. q. 11. numer. 75.

45 Item adde, quod bannitus propter contumaciam, idest bannitus ad poenam, poterit torqueri sine indicijs, etiam si statutum permitteret, quod bannitus per contumaciam de aliquo delicto possit comparere, & contumaciam purgare, secundum Marfilium in dict. l. 1. numer. 2. ff. de quaest. vbi allegat doct. Nicol. de Mattarel. & Bald. in dict. l. 1. Cod. de haer. instit. quia secundum bannum, idest condemnatio non est loco citationis, sicut bannum primum, & licet statutum permittat purgari contumaciam, idest, quod audiatur, non autem per hoc sequitur, quod non habeatur pro condemnato; & ideo poterit torqueri tanquam bannitus, & condemnatus, licet audiatur vir iure statuti, vel quod per Principem sit positus ad nouas defensiones, & ita tradit Menoch. in tractat. de

presumpt. lib. 2. presump. 70. numer. 14. vbi dicit, quod doctrina Bald. in dict. leg. 1. Cod. de haer. instit. facit ad declarationem statutorum, quae concedunt condemnatis in contumaciam, ut possint intra aliquod tempus audiri, & ita praecatur, nisi probaret plene eius innocentiam. Et licet quod minus Clarus hic dicat, quod ex solo banno poterit torqueri, loquitur, (& aliter intelligi non potest) de secundo banno, idest de condemnatione, quia loquitur de admisso ad nouas defensiones, quod praesupponit condemnationem, alias non esset opus admisione ad nouas defensiones. Nec dicatur, quod secundum praedicta raro quis torqueretur ex sola contumacia, cum post sententiam, dimittuntur amplius non sit querendum de delicto, sed solum sententia exequi debeat, iuxta doct. Bartol. in leg. diuus, ff. de custod. reorum. Quia respondetur, quod poterit torqueri in casibus supra allegatis, videlicet, quando fuerit captus elapso termino primi banni ante tamen sententiam, vel post sententiam, quando virtute statuti, vel constitutionis poterit audiri, vel quod fuerit positus ad nouas defensiones. Et post haec scripta venit in lucem tractat. de execut. sentent. contumac. Domin. Flamm. Carthar. qui in cap. 1. numer. 45. cum seq. tenuit opin. Boff. Ego tamen non dilcedo ab hac opinione mea, quam credo ex rationibus supradictis veram esse, eo maxime, quod semper ita seruari vidj, & seruari in practica.

47 Item adde, quod bannitus positus ad nouas defensiones per solum bannum, & conuictionem non poterit torqueri, si deperditae fuissent informationes, & processus, sed ut nouo deberent examinari testes super delicto, & audiri bannitum super banno, & contumacia, & testibus de nouo examinatis ita tradit Boer. in decif. 163. numer. 5. & Foller. in 3. par. 3. par. in verb. & si conuictentur numer. 14. cum seq. hic per Dominum Clarum allegat. Et quomodo, & quomodo in instrumentum deperditum resciri possit, vide Specul. in tit. de instrument. edit. §. postquam per tot. & praetertim numero decimo primo, vbi Ioann. Andr. in longa addit, in verb. vus, & per totum illum; §. magistraliter tractat hanc materiam, & dat formulas tam partibus, quam iudicibus, & notarijs, 49 vbi vide. Et quomodo probetur amissio scripturae, vide supra, quod scripsi ad §. falsum versicul. Item notarius negans.

50 Item adde, quod in statu Ecclesiastico ad tollendam dissipationem, sunt prouisum per consil. March. lib. 4. cap. 10. sub rubr. de mod. & esse citat. & ban. quod positus in banno, si comparuerit etiam post terminum banni, & ante sententiam personaliter audiri debet, & si non comparuerit, habetur pro confesso, & conuicto, & vere contumace; & possit definitiue condemnari absq; aliqua notificatione banni, vel alia citatione. Batard.

51 d. Torqueri ex solo banno.] Contrarium seruari in hoc eodem statu Mediolani, dixit Cotta in suis memorabilibus in verbo bannitus in contumaciam; & cur ita ex solo banno, & cum protestatione admittantur banniti, ut sic torqueri possint, vide Carthar. de execut. sentent. cap. 1. numer. 275. Grammatic. decif. 11. numer. 15. Drogh.

52 e. Pariter etiam si ille bannitus.] Adde, quod bannitus admittitur ad nouas defensiones, si docuerit de sua innocentia & per contrarias probationes eliserit nedum alia indicia contra ipsum vrgentia sed etiam indicium contumaciae, non poterit torqueri, quia vna probatio fortior tollit aliam, ita Carthar. in tractat. de execut. sentent. contumac. in capitulo primo, numer. 455. cum sequent. declarat istud dictum Domini Clar. & cum sequitur Dom. Farinac. quaest. 10. crimin. in quaestione vndecima numeru 82. & ibi dicit etiam, quod admittus ad nouas defensiones, cui a Principe expresse remissa fuerit contumacia, non poterit torqueri, declarando ita procedere illud, quod dixit Afflic. in constitut. clementia in 3. notabili, & Carter. in pract. crim. in tractat. de indic. & tortura numer. 19. Batard.

Adhuc

h. Adhuc tamen.] Adde, quod idem tenuit Menoch. de arbit. iud. q. 84. numer. 7.

53 Adde, quod si positus ad nouas defensiones non poterit torqueri, si probatur illum fuisse alio loco, tempore, quo factum est delictum. Bertaz. conf. 462. numer. 3. vol. 2. quod tamen non procederet, si de mandato condemnatus fuisset, & non constaret de tempore mandati. Baiard.

54 Dixi quoque non sufficere.] Adde, quod quando quis torqueri possit, non praecedentibus indicijs, Brun. in tract. de ind. cart. 9. vers. principaliter quaeritur, & Boer. decif. 163. nu. 4. & seq. Baiard.

55 h. Ad torturam sufficientia.] Item adde, quae sint indicia sufficientia ad torturam, per Camp. tractat. de testibus reg. 395. & per Menoch. tract. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. casu 270. vbi etiam de illorum diuisione multa habes notatu digna. Giach.

56 i. Non potest dari certa doctrina.] Adde supra quaestione vigesimo octaua, versic. scias autem ibi, & quia tota materia, & quaestio 20. in princip. Drogh.

57 Non potest dari certa doctrina, sed remittitur arbitrio iudicis.] Adde, quod tortura remittitur arbitrio iudicis, quia est species probationis, & fuit 55 inuenta, quod si subrogaretur in defectum testium, per quos veritas criminis plene probari potest. Crauet. conf. 35. in fine, & ratione huius arbitrij potest iudex procedere ad torturam propter dictum vnius testis, qui non sit omni exceptione maior in delictis occultis, Alexan. conf. 24. vol. 2. & Dec. conf. 343. & quod remittatur iudicio arbitrio iudicis, quae indicia sint sufficientia ad torturam, & quale debet esse arbitrium, & quando dicantur purgata, vide etiam Menoch. de arbit. iudic. casu 270. & 273. & in tract. de praesumpt. lib. 1. q. 44. numer. 9. cum sequ. posuit quadraginta tria indicia sufficientia ad torturam, & dicit Bald. in consil. 515. numero. 4. volum. 5. quod ad hoc, ut tortura imponatur, tria sunt necessaria, primo, quod indicia sint certa, idest probata, secundo, quod sint uerisimilia, tertio, quod probabiliter concludant, & in lege citra. Codice de iure dot. dicit, quod indicium mouens aequaliter animum iudicis, est sufficiens si approbatum sit a iure, & hoc tradit etiam

Crauet. in consilio sexto, numero duodecimo, quos refert, & sequitur Simon de Pratis in consilio decimo quinto, numero decimonono concludens, quod arbitrium iudicis in faciendis indicijs ad torturam non debet esse absolutum, sed limitatum a lege, & secundum legis dispositionem, ita etiam tradit Blanc. in repet. l. fin. nu. 40. ff. de quaest. alias si iudex ex cer uice sua procederet, non valeret, quod ageret, Roman. conf. 376. Marf. cof. 6. & Foller. in pract. crim. in verb. dentur capitula, num. 25.

57 Item adde, quod si ubi statutum declarat, quae indicia requirantur, cessat arbitrium iudicis. Baldus consilio 427. numero nono, volum. 5. quem refert, & sequitur Sim. de Pratis. in consil. 202. numero 16. & dicto statuto standum est, idem Simon de Pratis. in consil. 15. numero 19. & 20. Baiard.

58 Si tamen vis videre.] Idem vide semper per Crauetam in consil. 99. numero 2. & 244. post numer. 88. conf. 220. post numer. 12. Giach.

59 Alij vero distinguunt.] Adde, quod ubi agitur de probando inditum propinquum, seu ipsum delictum immediate per vnu testem, quod oportet illum esse omni exceptione maiore, ut per Crauet. qui concord. allegat in consil. 244. col. 4. versic. si vero Item aduerte, quod illa qualitas debet articulari, & probari, per Roland. consil. 50. numero. 17. libro secundo, & Dec. consilio 37. colu. 4. circa principium, quod etiam notatu supra sub quaest. 21. Item quod dicatur indicium propinquum, & quod remotum, vide per Olsac. decif. 79. numer. 15. & 16. Giach.

60 Sed plura requiruntur.] Adde, ut per Nat. in consilio quadragesimo secundo numero sexto Crauet. in consilio sexto, numero duodecimo, quos refert, & sequitur Simon de Pratis in consilio decimo quinto, numero decimonono concludens, quod arbitrium iudicis in faciendis indicijs ad torturam non debet esse absolutum, sed limitatum a lege, & secundum legis dispositionem, ita etiam tradit Blanc. in repet. l. fin. nu. 40. ff. de quaest. alias si iudex ex cer uice sua procederet, non valeret, quod ageret, Roman. conf. 376. Marf. cof. 6. & Foller. in pract. crim. in verb. dentur capitula, num. 25.

61 Item adde, quod si ubi statutum declarat, quae indicia requirantur, cessat arbitrium iudicis. Baldus consilio 427. numero nono, volum. 5. quem refert, & sequitur Sim. de Pratis. in consil. 202. numero 16. & dicto statuto standum est, idem Simon de Pratis. in consil. 15. numero 19. & 20. Baiard.

62 Si tamen vis videre.] Idem vide semper per Crauetam in consil. 99. numero 2. & 244. post numer. 88. conf. 220. post numer. 12. Giach.

63 Alij vero distinguunt.] Adde, quod ubi agitur de probando inditum propinquum, seu ipsum delictum immediate per vnu testem, quod oportet illum esse omni exceptione maiore, ut per Crauet. qui concord. allegat in consil. 244. col. 4. versic. si vero Item aduerte, quod illa qualitas debet articulari, & probari, per Roland. consil. 50. numero. 17. libro secundo, & Dec. consilio 37. colu. 4. circa principium, quod etiam notatu supra sub quaest. 21. Item quod dicatur indicium propinquum, & quod remotum, vide per Olsac. decif. 79. numer. 15. & 16. Giach.

64 Sed plura requiruntur.] Adde, ut per Nat. in consilio quadragesimo secundo numero sexto Crauet. in consilio sexto, numero duodecimo, quos refert, & sequitur Simon de Pratis in consilio decimo quinto, numero decimonono concludens, quod arbitrium iudicis in faciendis indicijs ad torturam non debet esse absolutum, sed limitatum a lege, & secundum legis dispositionem, ita etiam tradit Blanc. in repet. l. fin. nu. 40. ff. de quaest. alias si iudex ex cer uice sua procederet, non valeret, quod ageret, Roman. conf. 376. Marf. cof. 6. & Foller. in pract. crim. in verb. dentur capitula, num. 25.

& ar.